

**Praxis Iurispatronatvs Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;
ac amittendi modos breuiter continens**

Viviani, Giuliano

Romae, 1620


Cap. 1. patronus laicus potest variare, & plures successiue præsentare,
non autem patronus ecclesiasticus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](#)

LIBER NONVS,

Continet quid agendum sit ab habente instituere, coram quo

fit præsentatio.



CAPVT PRIMVM.

Præsentatio quomodo admittenda sit ab habente instituere.

SUMMARIUM.

- 1 Præsentatio acceptari debet à superiore si & in quantum.
- 2 Præsentatione facta fit citatio per edictū, vel specialis.
- 3 Clausula, si & in quantum, quid importet.
- 4 Edictū fit nomine illius, corā quo fuit facta præsentatio.
- 5 Edictum non fit quando Episcopus confert.
- 6 Edictum fit in omnibus beneficijs, & dignitatibus.
- 7 Capitulum Pisanum facit presentatione semper ponit edictum.
- 8 Edictum apponitar in ter-

ritorio habentis instituere, vel alieno cum licentia.

- 9 Edictum est necessarium, nec potest omitti.
- 10 Edicta tot fiunt, quot sunt præsentationes.
- 11 Præsentati primo debent speciali citationes citari.
- 12 Aduersarius certus debet nominatim citari.
- 13 Coelectus certus, speciali citatione citandus est.
- 14 Institutio est nulla si facta fit elapsō termino edicti, & certus præsentatus non fuit specialiter citatus.
- 15 Forma dat esse rei.
- 16 Præsentatus non citatus cō-

- parens actum validat.*
17. *Certi sunt, quorum certitudo nota erat ante edictum.*
18. *Institutio valet etiam presentato non citato, qui ius non habeat.*
19. *Citatio non requiritur, quando clare constat de non iure oppositoris.*
20. *Vet quando fit prouisio à Sede Apostolica.*
21. *Edictum omitti potest stan te legitima consuetudine.*
22. *Electus etiam si electioni non consenserit citandus est.*
23. *Institutio est nulla, si aliqui sint citati, alij non.*
24. *Citatio tria quando non fit, fieri debet unica cum peremptorio.*

Superior, coram quo fit præsentatio, debet præsentationem acceptare non simpliciter, sed cum adiectione † si & in quantum, scilicet si & in quantum de iure admitti debeat, & præsentanti ius competat, & præsentato nihil obijciatur; & ideo sequetur † citatio particularis, vel per edictum ad text. in capitulo ultimo. de electio. libro 6. vbi gloss. 2. in fine dicit illum text.

procedere etiam in præsentatione. & ita seruatur in prax. Roceh. de Curte. de iure patr. in verbo honorificum. q. 38. num. 69. Lambert. de iure patronatus lib. 2. par. 2. q. 6. artic. 2. quæ clausula, si & in quantum † importat admissionem in his, quæ sunt admittenda, & nihil ponit inesse; & pendet à futuro evenitu, & conditionalem dispositionem reddit, & alios effectus parit, vt per Doct. Martam in tract. de clausulis par. prima, clausula 152. si & in quantum, & clausula 362. si & in quantum. Edictum † autem fit nomine illius, coram quo est facta præsentatio, & in eo fit mentio ecclesiæ vacantis, patro ni præsentatis, & clericis præsentati; idemq; edictum affigitur ianuis vacantis ecclesiæ, & ecclesiæ cathedralis cum termino peremptorio non uem, vel trium dierum, ad dicendum, & opponendum &c. & ita de stylo seruater. Tex. autem in dicto cap. vlt. de elect. lib. 6. non debet seruari † in collatione, vt ibidem dicit glos. vlt. Iō. And. & Archidiac. Nec in prouti-

M 4 sio-

sionibus, quæ fiunt in Curia Romana per Sedem Apostolicam. Doctores in cap. nihil de elect. Lambertin. vbi sup. art. 3. Et textus in d. cap. vlt. debet seruari in dignitatibus, & in omnibus beneficijs va-
6 cantibus † à quocumque ha-
bente ius instituendi, siue
Episcopo, siue alio Inferiore.
Lambert. vbi sup. art. 4. & 5.
7 Et ita † seruat Capitulum Pi-
sanum, coram quo multæ fūt
præsentationes, quæ admit-
tuntur more solito, cum edi-
cti appositione: quod edictum
8 vel citatio † apponi potest in
territorio habentis instituere,
vel in alieno, obtenta licentia
à Superiore loci. Oldradus
consil. 88. de quo vide Lam-
bertinum vbi sup. artic. 7. Et
9 appositiō † talis ediicti non
potest omitti; sed semper est
necessaria, siue ad sit discordia,
seu concordia patrono-
rum, vt habetur in dict. tex.
cap. vlt. de elect. lib. 6. in fin.
qui dicit, quod etiam si elec-
tio in concordia celebrata
fuerit, volumus obseruari: &
declarat Lambertin. vbi sup.
10 artic. 8. Si verò † plures sint
compræsentati, tot debent fie-
ri edicta, quot sunt præsenta-

ti: & ita in praxi seruatur.
11 Benè verum est, quod † illi,
qui primò fuerunt præsenta-
ti, & pro quibus præsentatis
fuerunt affixa edicta, debent
citari citatione particulari.
Ioan. Andr. & Domin. de
sancto Gemin. in d. cap. vlt.
de elect. lib. 6. & Lambertin.
12 vbi supra art. 9. Et ratio † est,
quia vbi est certus aduersa-
rius, debet nominatum citari:
& vbi est vel esse potest incer-
tus, debet fieri citatio gene-
ralis per edictum. Card. in-
cap. ex tuæ. de cleric. non-
refid. Lambertinus vbi supra
art. 10. n. 1. 2. & 3. & ita di-
cit textus in dicto cap. vlt.
13 Coelestum † certum, vel op-
positorem omnino esse citan-
dum citatione speciali, certa,
& actuali: & ideo non sufficit
generalis citatio per edictū.
14 Nec † sufficit factum fuisse
mandatum decitando: quod
si eo casu facta generali cita-
tione per edictum dumtaxat
ad institutionem procedere-
tur, institutio ipso iure esset
nulla, tanquam facta contra
formam dicti cap. vlt. vbi ha-
betur, talem actum iuribus
omnibus carere: quibus ver-
bis demonstratur, quod actus
con-

contra dictam dispositionem factus, est ipso iure nullus. Domin. de sancto Gemin. in cap. ex eo. colum. 1. de elect. lib. 6. Lambertinus vbi supra art. 12. Forma tamen enim est illa, quae dat esse rei. I. Julianus. §. si quis. ff. ad exhibend. & qua deficiente actus corruit: processus tamē factus quoad alia remanet validus. Lambertinus vbi sup. art. 16. & 17
 16 Si tamen tibi absque citatione particulari compareat com præsentatus, conradicens auditetur, & valebit actus: quando enim quis est citandus, si compareat ad Iudicium absque citatione, & respondeat,
 17 valet actus. Et tamen dicuntur illi, quorum certitudo erat nota ante dicti appositione: de quo vide latè Lambertin.
 18 vbi supra art. 11. Quod tamen si clarè constet compræsentatum, seu oppositorem ius non habere, valida etiam erit institutio, illo non vocato: & ita in hoc casu non procedit tex. in dicto cap. vlt. de elect. lib. 6
 19 Qui limitatur, ut non tamen requiratur citatio, quando constat de non iure oppositoris per alicuius rei dispositionem.
 20 Item limitatur, quando pro-

ibidem
 uisio fit à Sede Apostolica ex plenitudine potestatis. Lā. bertinus vbi supra artic. 13.
 21 Et quod tamen consuetudine legitima possit omitti tale edictum, ponit Lambertinus vbi supra art. 14. Et in casu dicti cap. vltimi, scien-
 22 dum est, quod vocari tamen debet electus, etiamsi electioni non consenserit: secus in præsentato, qui non debet citari, nisi præsentationem acceptauerit. Lambertinus vbi supra artic. 15. Tunc enim electus habet ius in re; sed præsentatus, ante acceptationem, nullum ius habet in re: & sine citatione potest Superior non confirmare, sed cassare præsentationem. Ioan. And. in dicto cap. vlt. ex quo videt præsentationem non esse canonicam, ut per Lambertinum vbi supra art. 18. Ve-
 23 rum tamen si necessarium esset plures citari, & aliqui fuerunt citati, alij non, vitiatur, & est nulla institutio in totum, tam quoad vocatos, quam quoad non vocatos. Ioann. Andr. in dicto cap. vltimo; dummodo verum esset, quod non vocati habeant aliquod ius. Lambertinus vbi supra art. 20.

24 art. 20. Et † quando non fit
trina citatio, debet fieri cita-
tio vnica, apposito perem-
ptorio, secundum tex. in di-
cto cap. vlt. vbi Ioan. Andr.
secus quando fit trina cita-

tio i. per tex. in l. tres denun-
ciaciones. C. Quomodo, &
quando Iud. Vide Innoc. in
cap. ad petitionem de accu-
sat. Oldrad. conf. 3. & Lám-
bertin. vbi sup. art. 21.

C A P V T S E C V N D V M.

Ponitur forma edicti continentis præsentationem.

S V M M A R I V M.

- 1 Edicti forma facta præ-
sentatione.
- 2 Edicti forma in praxi.
- 3 Edictum vbi sit affigen-
dum.
- 4 Edictum debet remanere
affixum, durante termino in
eo contento.
- 5 Institutio facta ante lap-
sum termini in edicto appo-
sta nulla est.

Facta præsentatione ap-
poni debet edictum, cu-
i us † forma ponitur, & decla-
ratur à Lambertin. de iure
patron. lib. 2. par. 2. quæst. 6.
art. 22. & ideo in praxi forma
edicti erit tenoris infra scripti
videlicet,

N. Illustrissimi, & † Reue-
rendissimi D. D. Archiepisco-
pi Pisani, Insularum Corsice,
& Sardineæ Primatis, & in
eis Legati nati in spirituali-
bus, & temporalibus Vica-
riis, & Locumtenens genera-
lis. Vniuersis, & singulis hoc
præsens edictum inspecturis,
visuris, & audituris pariter, &
lecturis, salutem in Domino.
Vacante nouiter parochiali
ecclesia sancti Petri ad Ischiā
Pisarum per mortem Presby-
teri Sigismundi de Nobilibus
vltimi, & immediati Rectoris
eiusdem, comparuit coram
nobis Iacobus Gallettus lai-
cus nobilis Pisanus afferens
se patronum, & habere inspa-
tronatus, seu esse in quasi pos-
sessione ipsius, & iuris præsen-
tandi